ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: GREGORIUS MAGNUS. PS. MARCILIA. PS. BOTO PRUVENINGENSIS
2. Hälfte 12. Jh. Seite 113r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Carnem & omnem pinguedinem oua. caseum. & uinum
uinum semel in die edebat. In hyeme pellicia. ouina.
& pallio. in estate tunica & byrro. interula caprina.
iuxta carnem exmore induebatur: nudis pedib incedens. albam camelinam capite gerens. Cingulo no
doso seras equinis facto. sacrum suum aluum ita se
dule stringebat. quod uermes excorrupta & putre
facta carne sepe affluebant. Lectensis solo ramis ar
boreis uel utrib quolibet lapide capite subposito. cili
cio recumbebat. Precib & obsecrationib sedule semp
uacabat. In celestibus semp intenta. numquam ter
renis tuta. Oculos incelo. corpore interra conuersa
bat. Certes die tantundem nocte genua adtam
flectebat. fide spe & caritate cunctisq; uirtutibus
pollebat. Hospitalitate qua apud bethaniam uti
batur: semp fulgebat. Mensa eius cum pegrinis
& hospitib; erat exmore. Diuinis pdicationibus
os ei non cessabat. crebris manuum opib; utebat.
Sepe domi cum conuentu suo stabat. sepe castra
& urbes. & uicina loca pergens. gentiu cateruis. di
uini uerbi semina erogabat. Verba que pferebat
miraculis asserebat. Sup auscultantes se manus
imponebat. Spm sem accipiebant. Sup egros
manus inponebat. & bene habebant. Hec agen
do dilecta & hominib. felix exstitit martha. Qd
gentium milia exhortatione sua ad fidem
conuertuntur. & baptizantur. longum est
enarrare.